



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Barlaam: Ex Homilia B. Basilij magni desumptum: quod  
Cæsareæ in Cappadocia inuicto robore consummauit, anno Domini 304.  
Marcelli Papæ 1. Galerij Maximiani Imp. 1. similiter.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

*Translatio  
reliquiarum  
eius & alio-  
rum.*

Hildeberti, post S. Bonifacium Moguntinensis ecclesie Archiepiscopum, duodecimi: qui anno Dominicæ incarnationis 935. decem Ecclesie Moguntinæ Pontificum ossa è Sacello D. Hilarij memorato, solemnium processione Cleri & populi, ad Ecclesiam monasterij diui martyris Albani transtulit: & in choro summa cum reuerentia collocavit: inter quæ, corpus quoque beatissimi Pontificis Maximi, fuisse memoratur.

*Vide Tom.  
2 Annal C.  
Baron.*

**MARTYRIVM S. BARLAAM: EX HOMILIA B. BASILIJ MAGNI DESUMPTUM: QUOD CASAREA IN CAPPADOCIA INVICTO ROBORE CONSUMMAUIT, ANNO DOMINI 304. MARCELLI PAPA 1. GALERIJ MAXIMIANI IMP. 1. SIMILITER.**

19. Noueb.

**P** R I M V M quidem Sanctorum mors placentu ac lachrymis cohonestabatur: nunc verò morietibus sanctis exultamus. Tristitium namque post Crucem Domini immutata est natura. Iam non amplius Sanctorum obitus lamentationibus prosequimur, sed tripudij diuinis circum ipsorum sepulchra veluti choreas ducimus: Somnus autè iustis est mors: imò magis ad vitam meliorem migratio. Hinc est, quod martyres exultant, dum trucidantur: Non enim pericula, sed coronas respicit martyr: & plagas non horret, sed præmia numerat. Non videt lictores infernè flagellantes: sed Angelos supernè lætus omnibus acclamantes imaginatur: non spectat ad temporaria pericula, sed ad præmiorum æternitatem. Id ipsum sanè hodie forti ac strenuo Barlaam vsu venit: qui homo quidem agrestis insuperabilem nobis

*Mors sanctorum somnum.*



his pietatis exhibet doctrinam: quem Tyrannus rapuit quidem veluti facilem prædam ac venationem nactus; postea verò insuperabilem militem sensit: quem tanquam insana ac delira loquentem risit, mox verò angelica virtute strenuum horruit. Mores enim hominis non fuerunt cum organo linguæ barbari, nec ratio cum syllabis, claudicare visa est. Sed erat alter Paulus cum Paulo dicens: Etiam si sermone sim rudis, non tamen scientia. Torpebant iam flagellando lictores, martyr verò robustior inueniebatur. Lacerantium manus enervabantur, verum mens lacerati haudquaquam flectebatur. Neruorum harmonias iam flagra remiserant, ac fidei vigor vehementius stringebatur. Perfossa latera absumentur, mentis verò philosophia florebat. Maior carnis ipsi portio emortua erat: at ipse martyr, quasi nondum inito certamine, firmus erat. Nam quando pietatis amor animum hominis præoccupat, quodcunque illi pugnarum genus ridiculum reddit; & quotquot illum desideratæ rei gratia conuellunt: delectant magis, quam consternunt.

2. Cor. 11.

Flagellatur  
S. Barlaam.

Vs diuini  
amoris.

Talis & nobis hodie laudatur miles; qui supplicia loco gaudij duxit. Dexteram habuit igne firmiorem; quam, post varia tormenta, carceres & flagra, hostes illius igne concremarunt. Aræ namque pro more dæmoniacy libaminis igne imposito martyrem adductum sistentes, focoque incenso dexteram illius thure incenso plenam adhibuerunt: ea spe ut ignis vi expugnata manus, necessariò ac velociter thus in aram excuteret. Sed martyr impiam illorum

Dextera illius igne crematur.

En ministrorum



*rum Satanae  
infidias.  
Admiranda  
illius fortisudo.*

lorum spem admiranda planè constantia delusit: nam manum ad eò fortiter tenuit immobilem, ut stupentibus barbaris, flamma penitus eam absumeret: sed nequaquam martyris virtutem vel tantillum infringeret. ] Hæc & alia plura affert in facti egregij commendationem Basilius: ad eò ut Mutij Romani, omnium penè scriptorum chartis commendatum exemplū, iam videatur huius comparatione vilescere, ac veluti solis fulgore, quæ lucebat in nocte lucerna, propemodum obscurari. Etenim ad tale facinus illum error impulit; porrigereq; dexteram, crimen maiestatis etiam caput exigens, persuasit: martyrem verò Christi veritas, cultusq; pietatis reddidit fortiorem. At nò in vno tantum Barlaam Christiana religio gloriatur; sed alios propè innumeros huic similes atq; præstantiores habuit; ijs alijsq; tēporibus, eiusmodi atq; maiorū facinorū patratores. Nò enim in vno Barlaam, sed alijs quamplurimis sua tyrannis, quo specietenus videntur Christiani aræ incensæ cum thure admouisse manum, eiusmodi est experta noua crudelitatis arte scuitiam.

*Hec C. Baron. Tom. 2. Annal.*

*Vide Notat. C. Baron. in Martyr. Rom.*

VITA S. ELIZABETH REGIS HVNGARORUM filia. Ex ea quæ est per Iacobum Montanum Spirenses. Tempus obitus eius &c. patet infra.

*19. Nouẽ. Parentes eius.*

ELIZABETH nobilissimis in Hungaria parentibus, patre Andrea Rege belli iuxta ac pacis artibus præstantissimo, matre verò Gertrude Regina, virilis animi foemina, progenita est. Quam lactantem adhuc Herma-